

*Sult. constit. Saxon. tom 1. part. ult. inter resolut. quest. 101. incip. cum autem in prædicta causa. num. ult. sub fin.*

IX.

Quomodo præscriptio interrumpatur, & de pignoratione.

S U M M A R I A.

1. Continuatio huius tituli cum præcedentibus
2. An & quatenus per pignorationes præscriptio interrumpatur. n. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. ubi ampliaciones & limitationes.
16. Pignus captum, an & quali iudici tradi debet. n. 17. 18. 19. 20.
21. Remissivè censentur DD. qui de modis interrumpendi præscriptionem scripserunt.
22. Solâ citatione judiciali vel extrajudiciali, itemq; litis contestatione, & sententia definitiva, an & quatenus præscriptio interrumpatur. tam de jure civili, quàm Saxonico. n. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 32. 37. 39. 38. 40.
31. Statutariæ præscriptiones solâ citatione interrumpuntur, n. 36.
33. Annalis præscriptio Saxonica successit in locum triennialis præscriptionis civilis.
34. Jus Saxonicum æquiparatur juri prætoricæ.
38. Præscriptiones annales, jure prætorio introductæ non nisi litis contestatione interrumpuntur.
41. Præscriptio quadragenaria, quæ currit contra Ecclesias, hospitalia, & alia pia loca, an & quatenus sola citatione vel litis contestatione interrumpatur. num. 42. 43. 45.
44. Præscriptio longissimi temporis, quæ suffulta est bonâ fide, non sola citatione sed litis contestatione interrumpitur.
46. Præscriptio centenalis vel immemorialis, an & quatenus interrumpatur. n. 47. 48.
49. Prælatus inferior jus Episcopale in aliis Ecclesiis suæ diœcesis non nisi tempore immemoriali potest præscribere.
50. Interruptio an & quatenus probatur remissivè.